



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 60. Compositio circa Cathedralem Ecclesiam ad B. Virginem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII. rat, sed protestatus erat: Ex his igitur  
A. C. 1629. necessaria consecutione deducebatur, quod quia Lutherani nunquam legitimo domini jure nequidem anno 1624 hæc bona possederunt, & sublato per Cæsarem Augustanæ Confessionis exercitio haud ultra precario concessa Ecclesia, domibusque egeant atque in hunc eventum ipsimet Lutherani se eas reddituros polliciti erant, ea omnia suis Dominis restituere tenerentur: hinc præfati Delegati pronuntiarunt sententiam, vi cuius Lutherani omnia ædificia, fundos,isque inædificatas domus, Auditorium, Prædicantis, & æditui ædes, organum, granaria, lateres aliaque ex S. Othman Sacello ad Lutheranæ Ecclesiæ fabricam translata Joanni Præposito tanquam notorio Fundi Domino restituere obstringerentur.

Eodem igitur anno Præposito cuncta præfata fuere restituta, ac traditum Monasterium tamen in hanc restitutionem mille quingentos florenos expendere cogebatur.

## §. LX.

*Compositio circa Cathedralem Ecclesiam ad B. Virginem.*



Primo loco Episcopales ac Cæsarei Sæc. XVII.

Subdelegati querelas nomine Ca- A. C. 1629.

thedralis Capituli, ac Parochialis Ec-

clesiæ propositas contra Lutheranos Compos.

discusserant, eoquod hi Clero urbe ex- Rest. Con-

pulso, Parochiæ proventus sibi vendi- firm. de

caissent, ac præstanda non sine magnis anno 1621.

Capituli Cathedralis sumptibus, ac

damnis præstare neglexissent: Unani-

mi igitur suffragio decisum, quod Fa-

bricæ Curatores cunctos exstantes pro-

ventus, pecunias, bonaque immobilia

& mobilia præfatæ Ecclesiæ ac Paro-

chiæ cederent: deinceps vero non mo-

do Ecclesiæ hujus Curatores, sed & om-

nes, quibus bonorum Ecclesiasticorum

vel foundationum administratio commit-

tenda foret, vi Cæsarei mandati Reli-

gione Catholici essent, scirentque, quod

eorum munus non ad ampliorem se ex-

tendat auctoritatem, quam quæ in a-

liis urbibus & pagis Ecclesiarum ad-

ministratores competit, quibus Ec-

clesiæ vel Parochiæ proventus non *jure*

*Proprietatis*, sed duntaxat nomine *Admi-*

*nistratorio* committi solent. Præterea

Curatores Ecclesiæ ad B. Virginem,

uti olim, ita & deinceps a Senatu no-

minentur, qui quotannis ad festum S.

Michaelis reditus & expensas compu-

tare, & ante festum sancti Martini co-

ram Capituli Cathedralis, Parochi &



Sæc. XVII. A. C. 1629. Senatus Deputatis rationem scripto-  
 tenus reddere teneantur, ita tamen  
 ut ad hunc actum diei & loci designa-  
 tio impostero Capitulo & Senatu  
 alternis vicibus competat, nunc vero  
 a Capitulo initium fiat. Ex his autem  
 redditibus Curatores deinceps pro bini  
 Altaribus sanctæ Crucis & S. Michaelis,  
 necnon pro Cathedra cereos, orna-  
 amenta, mappas, hostias, vinum tantum  
 ad oblationes quam communionem  
 aliaque Parochialibus oneribus annexis  
 subministrare, & ad duodecim Aposto-  
 los in Choro, & ad crates consecratas  
 tempore luminaria suppeditare tenean-  
 tur, sique quædam detrita reficienda  
 vel consicienda sint, tempore annuæ  
 computationis præfati Deputati de  
 inter se amice conferant, si vero inter  
 convenire nequirent, jus decidendi Ep-  
 scopo salvum servetur: hujus tamen  
 Ecclesiæ æque ac altarium Curatores  
 graviores non faciant expensas, quæ  
 hujus Ecclesiæ vires ac redditus absque  
 Capituli damno vel imminutione fieri  
 possent.

## §. LXI.

*Querelæ circa bona Abbatiæ ad  
 Udalricum, aliisque Ecclesiis  
 erepta compositæ.*